

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Magnanimitas m  
cum fonte primo

Animum excellentem, moderatum,  
omnia tanquam maiora transeuntem,  
quicquid timemus optamusque ridentem,  
caelestis potencia agit. Non potest res  
tanta sine amminiculo numinis stare.

Quemadmodum radii solis contingunt  
quidem terram sed ibi sunt unde  
mittuntur, sic animus magnus ac sacer

conuersatur quidem nobiscum sed heret  
origini suae.

Seneca XL. epistola.

Vis isto divina descendit;  
animum excellentem, moderatum,  
omnia tanquam minora transeuntem,  
quidquid timemus optamusque ridentem,  
caelestis potencia agit. Non potest res  
tanta sine adminiculo numinis stare;  
itaque maiore sui parte illic est unde  
descendit.

Quemadmodum radii solis contingunt  
quidem terram sed ibi sunt unde  
mittuntur, sic animus magnus ac sacer  
et in hoc demissus, ut propius [quidem]  
divina nossemus,  
conuersatur quidem nobiscum sed haeret  
origini suae;  
illinc pendet, illuc spectat ac nititur,  
nostris tanquam melior interest.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium  
epistulae morales*, 41, 5 (L. Reynolds  
ed., vol.1, p.109, ll.6-15).